cui ... non ... quod id auferre de aliquo primo praecepto iniquum esset, ac blasphemiam: ergo praeceptum affirmativum charitatis proximi obligat ad formalem proximi dilectionem. Maior probatur: nam sicut formalis dilectio Dei super omnia est virtualis dilectio proximi, et ob hanc solum virtualem dilectionem obligat affirmativum praeceptum charitatis proximi, cum hoc iniungat praecepto charitatis Dei, eodem plane iniunget id, ad quod obligat praeceptum charitatis proximi, atque adeo tunc non erit idem cum illo, et non ab illo distinctum, sed superfluum erit superfluum.

190 Argumentor adversus diligenti Deum super omnia adhuc praecipit dilectionem proximi; ergo non ei praecipitur virtualis dilectio proximi; haec enim iam habita, et inclusa supponitur in formali dilectione Dei super omnia: ergo ei praecipitur formalis dilectio proximi, atque adeo huic praecepto non fit satis formali Dei super omnia dilectione. Maior et ex ipsa eorum praeceptorum distinctione, quam docuit nos Apostolus Augustinus, et expresse lib. V de Civitate ... cap. 30 D. Aug. dicens: Praeceptum, quo diligamus Deum, a proximi dilectione distinctum est: satis aperte colligitur, atque ex eodem Aug. suadetur iterum, tum verbis ex textu 63 in ... quae n. 181 deduximus, tum lib. 8. de Trin. cap. 7., ubi haec tradit: Qui diligit Deum, consequens est, ut faciat, quod praecipit Deus, et intantum diligit, inquantum facit, consequens est, ut et proximum diligat, quia hoc praecipit Deus.

191 Argumentor denique. Si non admittatur praecepta formali dilectio proximi, formalis dilectio Dei super omnia, quae sub praeceptum cadit, non debet esse virtualis dilectio proximi: sed si non admittatur praecepta formalis dilectio proximi, poterit adimpleri praeceptum diligendi Deum super omnia, quin proximum, etiam virtualiter, diligat. Consequentia liquet, et antecedens probatur: formalis enim dilectio Dei super omnia, quae sub praeceptum cadit, non debet esse virtualis amor exequendi complexa; sed id adimplendi omnia praecepta, idque satis est ut Deus super omnia diligatur, et huic maxime, et primo praecepto satisfiat, et probe quidem, ut dicebamus n. 6: ergo si non admittatur praecepta formalis dilectio proximi, ea non debet virtualiter includere formalis dilectio Dei super omnia, quae sub praeceptum cadit, atque adeo eiusmodi dilectio Dei non debet esse virtualis dilectio proximi. Ex dictis enervata manet adversariorum ratio, quam n. 188 indicavimus.

192 Ty dubiu est, an, et quomodo peccator debeat ex Charitate diligi. Res, duo in peccatore diligi, et considerari debere, naturam scilicet, cui Deus, et peccatum. Ty natura, seu persona ipsa capax est Beat. atq aliis nos proximo; peccatum ipsa, et Beat. impedimentum, et ipsius proximi malum est. Debet ergo diligi ex charit. peccator statu naturae; seu persona; ex eadem vero charitate debet odio haberi status culpae, id est, diligi debet homo; odio a haberi peccatum illius: eiusdem m. virtutis haec duo munia sunt, amare nimirum bonum proximo, et malum illi odio persequi. Ita D. Aug. ... q. 25. art. 6., pulcherrimeque ... variis in locis. Signo unum, aut alterum. Lib. 1 de Doctrina Christiana cap. 27. Omnis peccator, inquantum peccator est, non est diligendus. Et omnis homo, inquantum homo est, diligendus est propter Deum. Et lib. 14 de Civitate Dei cap. 6: Quapropter homo, qui secundum Deum, non secundum hominem vivit, oportet, ut sit amator boni: inde fit consequens, ut malum oderit. Et quoniam nemo natura, sed vitio malus est, vitio malus est, perfectum odium debet malis, qui secundum Deum vivit, ut nec propter vitium oderit hominem, nec amet vitium propter hominem; sed oderit vitium, amet hominem: sanato enim vitio, totum, quod amare, nihil autem, quod debeat odisse, remanebit. Constat Magnus Greg. ad cap. 7. huius: Oportet autem ingens, ut solicite discernamus, quod districtos debemus vitijs, gratiosos naturae: hic m. ferienda est peccator, nutrienda est natura.

193 Aliud autem ratio prima est: vitium m. siue peccatum peccatori non adimit rationem proximi, ut constat ex n. 166, et 167.; sed omnem proximum tenemur ex charit. diligere, ut ante capite probavimus: ergo vitium, seu peccatum non adimit nobis obligationem diligendi peccatorem. Quod autem vitium, sive peccatum proximi debeat a nobis odio haberi, patet: est m. maximum malum proximi, quod ex charit. tenemur diligere. Hoc in se acceptat David Ps. 118. 103: Iniquos odio habui: id est, inquantum iniqui sunt, habui odio iniquitatem ipsorum, quae est ipsorum malum, ut explicat, eo art. 6. ad hoc Aug. D. Thom., hoc esse perfectum odium ad Charit. pertinens, de quo loquebatur ipse David Ps. 138 21, et 22: Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos. Quem locum expendens Aug., hic ait eleganter: Quid est perfecto odio? oderam in eis iniquitates eorum, diligebam
conditionem tuam. Hoc est perfecto odio odisse, ut nec propter vitia homines oderis, nec
vitia propter homines diligas: hoc in eis oderit, quod iniqui sunt; hoc diligat, quod homines sunt.

194 Sed adversus hanc obligationem dispositionis obstare videntur multa S. Pag. testim. in quibus multa, et maxima mala peccatoribus imprecati sunt S. Prophetae: dicitur n. Ps. 9. 18: Convertantur peccatores in infernum. Ps. 68. 29: Deleantur de libro viventium, et cum iustis non scribantur. Ps. 67. 2: Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius. Threnorum 1. 22: Ingrediatur omne malum eorum coram te, et vindemia eos, sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: quod autem illi non debent esse cum peccatores, cum ea dicat a nobis illa, cui maxima, et gravissima mala imprecamur, aut si dicere Prophetarum imprecationes vituperabiles exeunt, quod minime fore dici.

195 Pro cuius

Ang. D. eo art. 6. ad 3. ea, et similia Prophetarum testimonia exponi triplex posse, 1° ita, ut in eis sensus sit non optantium, sed praedicentium, sumpto verbo optativo modo pro indicativo ex figura quadam grammaticali: unde sic exeunt expon: Convertantur, idest convertentur, deleantur, idest, delebuntur, non scribantur, idest, non scribent, et sic de alijs: quo in sensu accepta ea testim. non sunt imprecationes, nec desideria, sed praedictiones, seu comminationes. Unde a se de Prophetis ait idem D. Ang. in Disputatis q. unica de Charit. art. 8 ad 15 tali modo loqui, quia sciebant vol. supra Dominum iustitiae eis revelatam. Sic haec, et similia S. Pag. testim. interpretantur multi Eccl. PP., ut Iustinus q. 125 ad Gentes, Anacletus Papa Ep. 2a, quam refert tom. 1 Conciliorum, Aug. in Ps. 108, Hieron. in cap. 1. Threnorum, et in Ps. 11; Greg. lib. 15 Moralium cap. 28, et alij.

2° ita, ut in eis sit sensus optativus, non ex odio personae peccatoris, sed ex amore iustitiae Divinae, sive, ut D. Tho. loquitur, non refer. desiderium ad poenas horum, quae ad iustitiam Punientis secundum illud Ps. 57. 11. Laetabitur iustus cum viderit vindictam, non quia mala et peccati, sed quia est bonum quod iustitiae, sive quia in ea relucet Divina iustitia; nam 1. ipse Deus puniens non laetatur in perditione vivorum, ut dicitur Sap. 1o. 13, sed in sua iustitia: quoniam iustus Dominus, et iustitias dilexit, ut dicit Ps. 10. 8. Sic etiam exponunt praedicta, et similia Sacrae Paginae testim. D. Hieron. in cap. 4. Threnorum, Euthymius in illud Ps. 30. 4: Obscurentur oculi eorum, ne videant. Et Divus Bernardus sermone 8 in Psal. nostrum, Qui habitat, his non praetereundis verbis: Id ergo in insipientem intendere sapientiae credimus placiturum, nisi iustissimus sua ...»

" nisi invisibili, sed disposito et incomprehensibili ordine regerentur? sane quod sapientibus non
" placebit, sapientibus quoque placeat, necesse est universis: non igitur tibi durum videatur
" fore, quod dicit: oculis tuis considerabis: quod et videbis in eorum interitu, non quod velut
" quadam immanitate crudelitatis in ipsa sibi ultione complaceat; sed quod modo ipse pul-
" cherrimus Dominus ordinis, utrumque credi possit, iustitiae Zelator, et amator
" aequitatis oblectet.

Secundo, ita ut in eis sit et sit optantium; sed desiderium referat ad culpas, non ad personas destruendas, ut scilicet sic fit, quod peccatores pereant sub culpis, id est, desinant esse peccatores; permaneant autem sub ratione naturae. Hanc expositionem donant praedicta, et alia S. S. testimonia. D. Hieron. in cap. 25 Ezech. et in caput 9 Danielis, Origenes lib. 8 in Ep. ad Rom. sup. cap. 11. Euthymius in Psalmum 43, et succulentissime ac disertissime D. Aug. enarratione in Ps. 149. super illud: Et gladii ancipites in manibus eorum ad faciendam vindictam in nationibus etc. Docete, inquit, si non est vindicta in gentibus: bella educunt frameas bis acutas, fiunt strages, fiunt occisiones. Quomodo, inquit, Pagani occiduntur? quomodo, nisi cum Christiani fiunt? quaero Paganum, et non invenio. Christianus est: ergo mortuus est Paganus. Quaero Saulum persecutorem et non invenio: occisus est. Pulcherrimum est, ac omnino dignum verbis ipsis idipsum confirmat lib. 21 de Civitate Dei cap. 24: Evertuntur, inquit, peccatores duobus modis, aut sicut Sodomitae, ut pro peccatis suis ipsi homines puniantur: aut sicut Ninivitae, ut ipsa hominum peccata poenitendo destruantur. Factum est ergo, quod praedixit Deus: eversa est enim Ninive, quae mala erat, et bona aedificata est, quae non erat: stantibus enim moenibus, atque domibus, eversa est civitas in perditis moribus. Haec Aug., cuius verba tametsi paulo longiora adscripsi, quod aliqui in hanc rem aut illustrius, aut venustius dicere poterant.

Caput 14

Utrum inimicos teneamur ex charitate diligere.

196 Prima. In inimico est ratio, seu ipsa ab inimicitia sumpta; ratio naturae, seu ipsa a peccato distinctissima. Qua praemissa dico certum est, inimicum, sive inimicus, ut talis non debere a nobis diligi; sed odio

pria heri debere: id q expressit Ang. Dr. hic q. 25. art. 8, Ubi q inimici diligant, inquantum q inimici ee, ait, perversum, et charit. repugnans; q hoc ē diligere malum alterius. Inimicitia nm., qua proximus q nos gerit, malum ē, et peccatum proximi; q malum, et peccatum proximi n ē diligendum à nobis, q odio potius prosequi, ut liquet ex n. 193: q inimicitia, qua proximus q nos gerit, diligi n ē à nobis, q odio potius habenda. Dubium itaq restat ex eo, an, n obstante eiusmodi inimicitia qua q nos gerat proximus, nihilominus ipsum teneamur ex charit. diligere.

197 Affirmativa pars certa ē, ac de fide: Certum m., ac de fide ē, dari preceptum diligendi inimicos, atq adeo eorum dilectionem ee de necess. salutis. Ita tenent res ... S. Tract. ... de Civit. Dei ... cap. 22, et ... in 1a Joannis Ep. ..., cui Thom. in 3. dist. 30, et ... Dr. hic q. 25. art. 8, et ... constat id aperte ex verbis Xpti Dni Matthaei 5. 44: Ego n dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his q oderunt vos: et orate pro persequentibus, et calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri, q in coelis ē. Cuius in verbis n consilium duntaxat, q preceptum contineri, constat ex unanimi SS. PP., reliquorumq omnium Interpretum expositione, atq ex decreto Concilii Carth. 4i cap. 93, et Matth. ... cap. 22 ... Xpti Dni verba id clarissime demonstrant: id nm., q necessarium ē, ut sim filii Dei, n ē consilium duntaxat, q preceptum; q inimicum nostro diligere necessarium est, ut simus filii Dei, ut constat ex ipsis Xpti Dni verbis: q inimicos nostros diligere n ē consilium duntaxat, q preceptum, iuxta sententia Xpti Dni verba. Nec patet: nemo namq ... consilium duntaxat carendo amittit Dei filiationem, ut ē certum. Matthaei 6. 15 Xptus Dnus ait: Si ā n dimiseritis hominibus: nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Certum ā ē, id q requirit, ut nobis Deus peccata nostra dimittat, n ee consilium duntaxat, q preceptum. Constat ē ex 1 Petri 3. 9: N reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, q econtrario benedicentes: q in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis.

198 Huius obligationis ratio ex saepe dictis perspicua ē: nq ...

tenemur ex charitate diligere in inimico, in obstante circa istam inimicitiam quam qua nos gerat, tertio verum est, ut liquet ex n. 166: ergo inimicos, in obstan-tia circa istam inimicitiam tenemur ex charitate diligere. Nec necesse fuit inire-det alicui facessere, quod Aug. in Enchir. ad Laur. cap. 73 vocat innu-mere dilectionis inimicorum ad perfectos pertinere: exponendus enim est, i. de perfectae charitatis debita, et qua omnes esse debet omnis: sed de perfectae consilii eo in sensu, in quo D. Thom. in disputatis q. unica de Char. art. 8 corpore ait, diligere inimicos aliquo modo cadere sub necessitate praecepti, et aliquomodo sub consilii perfectione: quod late ibi explicat, et ita concludit: Cum est ad inimicos nulla alia unio nobis remaneat, nisi sola unio charitatis, ex necessitate praecepti tenemur diligere eos in communi, et affectu, et effectu, et in speciali, quando necessitatis arti-culus immineat. Sed quod homo specialem affectum, et effectum dilectionis, quae ad alios sibi coniunctos impendit, inimicis exhibeat propter Deum, hoc perfectae Charitatis est, et sub consilio cadit: ex perfectione enim charitatis procedit, quod sola charitas sic moveat ad inimicum, sicut ad amicum movet et charitas, et specialis dilectio. De hac igitur Charitatis perfectione, quae sub consilio dumtaxat, non autem sub praecepto cadit, ut amplius constabit ex dicendis, loquitur eo loci fuisse Aug. censendus est: et ita eum interpretatur D. Thom. hic q. 25. art. 8. corpore.

199.

Obiciat aliquis. Quaelibet entitas naturalis odio habet id, quod est sibi contrarium; sed inimici nostri sunt nobis contrarii: ergo inimici nostri naturali odio a nobis habendi sunt. Maior patet. ipsae irrationales entitates nos docent, quae alias sibi contrarias naturaliter oderunt, seu aversantur, ut ovis lupum, et ignis aquam. Minor sic: sed charitas naturam non evertit, sed perficit: ergo Charitas non urget nos ad inimicos nostros diligendos. Distinguo maiorem: quaelibet en-titas naturalis odio habet id, quod est sibi contrarium, inquantum est sibi contrarium: concedo maiorem: inquantum sibi contrarium non est: nego maiorem. Minor est distinguo: sed inimici nostri sunt nobis contrarii, inquantum sunt inimici, concedo minorem: inquantum homines sunt, et capaces Beatitudinis, sive proximi nostri, nego minorem. Consequens denique sibi distinguo est: ergo inimici nostri, inquantum sunt inimici, naturali odio a nobis habendi sunt, sive quod idem est, odio a nobis habenda est inimicitia, quam qua nos gerunt, concedo consequentiam: odio a nobis habendi sunt, inquantum sunt homines, et capaces Beatitudinis, sive quod idem est, odio a nobis haben-da est eorum natura, seu persona: nego consequentiam. Distinctiones huius liquent ex 196, ijsque citatis.

Ang.cus D.r hic q. 25. art. 8 ad 4um, hanc eadem objectionem dissolvens.

Caput 5um

An inimicorum dilectio praecepta fuerit in Lege scripta? Ubi an hoc praeceptum sit etiam naturale?

200. Ex dictis ante cap. 1o constat, in lege gratiae, seu Evangelica dari praeceptum dilig. inimicos; an autem idem praeceptum fuerit etiam in lege scripta, anceps tibi est, gravis, nec inutilis controversia, quae in praesenti capite discutienda suscipitur, ex cujus discussione constabit etiam, an praeceptum dilig. inimicos sit in suo genere divinum; verum etiam naturale. Certum est, in lege scripta fuisse praeceptam dilectionem inimici civilis, id est, ejusdem nationis, et professionis: Judaeus Judaeum diligere tenebatur, signaque dilectionis ei exhibere, quamvis ab eo haberet odio, injuriaque lacessitus esset. Levitici 19. V7, et 18: Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Non quaeras ultionem, nec memor eris injuriae civium tuorum. Exodi 23. 4, et 5o: Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te jacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis. Unde solum est difficultas, fuerit ne in lege Veteri praecepta dilectio inimici legalis, id est, nationis exterae, seu alterius religionis; an potius praeceptum in ea fuerit, aut saltem permissum odium inimic.

201

Adstat 1o, in Lege Veteri praeceptum, aut permissum saltem fuisse aliquod inimicorum odium, quod in Evangelica lege prohibitum est. Ita Salmeron tom. 5 [illegible] Maldonatus in caput 5. Matthaei versu 21, et 43, Conink de Char. disp. 24. dub. 7., et pauci alii. Stat id 2o, dicens, in lege scripta prohibitum fuisse odium inimicorum, impositumque praeceptum de eorum dilectione, ideoque in Evang. Lege nihil novum quoad hanc partem [illegible]. Ita Mag. in [illegible] dist. 30, qui ait, in praecepto legis, diliges proximum tuum, nomine proximi intelligi etiam inimicos; et [illegible] hos: Ang. D.r illius q. 1a 2ae art. 1 ad 4um, D. Bonav. q. 1. Subtilis D.r q. 1., Eximius D.r disp. 5. de Char. sect. 5. n. 5., Valentia disp. 3. de Char. q. 3. puncto 2o, Durandus, Banez, Abul.,

Lyra, et alij videndi apud Gran. Contr. 3. de Charit. vta 3 diss 5 n. 6.

202 Probo 2m, et ipsa 1a. Naturalia praecepta quae in lege veteri obligarunt; sed praeceptum diligendi, et non odio habendi inimicos naturale est: ergo quod in lege veteri obligavit. Maior indubitata est: naturalia enim praecepta communia sunt omni legi, ut fuse demonstrat Aug. Sermone 168 de tempore. Minor docent Ex. Ord. ea sect. 5 n. 3, et Theoph. Raynaudus lib. V de Virtutibus, et vitijs sect. 2a cap. 3, et alij. Ea enim V probatur ex illo principio humanae naturae notissimo, ex quo ergo evinci, censet Raynaudus eo cap. 3. n. 81: Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Quod Christi Domini effatum Matthaei 7. 12, et Luc. 6. 31 tantopere, ibidem annotante Raynaudo, suspexerit olim Alexander Imperator, ut et illud scripsisse praeferret, et in palatio, ac alijs operibus publicis scribi iuberet. Atqui nemo est, qui non velit ab alijs diligi, etiam ab ijs, quos ipse offendit, aut qui eum offenderunt: nemo igitur est, qui non eodem iure adstringatur ad alios diligendos, tametsi inimici sint, et non redamantes.

203 Minor eadem V probatur: quod vindictam sumere ab inimicis auctoritate privata est contra ius naturale: ergo et ipse appetitus eiusmodi vindictae, seu odium inimicorum contra naturale ius est: ergo praeceptum diligendi, et non odio habendi inimicos naturale est. Consequentiae liquent, et antecedens probatur: inimicitia enim nemini dat ius in vitam, aut in bona inimici, atque adeo contra naturale ius est haec auctoritate privata inimicis adimere. 3o probatur eadem minor: quia obligatio diligendi proximum est naturalis; sed inimicus etiam est proximus: ergo obligatio diligendi inimicum est naturalis. Maior patet: ut enim num. 161 dicebamus, ea obligatio fundatur in similitudine, et participatione rationalis naturae; et eo ipso, quod homo sit evectus ad supernaturalem finem, obligatio diligendi proximum est etiam supernaturalis, ut diximus etiam n. 163, et 176: ideoque praeceptum diligendi proximum non solum supernaturale, verum etiam naturale esse, diximus num. 170. Minor etiam liquet ex n. 166.

204 Confirmari V potest ex eo, quod inimicorum dilectio necessaria sit ad iustitiam, societatemque, ac pacem inter homines conservandam. Et ex eo, quod 1. ipsi gentiles plurimi eiusmodi obligationem, ac praeceptum solo naturae ductu cognoverint, ut vel V testatur Eximius Cl. et P. Amicus disp. 28 de Charitate sect. 3. Varios hanc in rem Ethnicos profert Eruditissimus Raynaudus

pponit incentiva benevol. odio, e inimicis extendendo, quorum potentissim, e intra ejus limites, ipse arbitrat, q̃ continere 3ª in §§. 3º suppeditat Aug., dum ait, inimicus hoc, quia id fuerit, n ẽ odio habendus, ne cum malus odio habet, aut habit malus, sint duo mali: ac denique 86. magnum ad benevolentiam odii, e inimicis impendendo, ejus fundus agexit: quæ oia solita suæ eruditionis copia expl?

205 Prices, inimicorum dilectos superare eos nos malus, nec posse mali roe suadere, inimicus ẽ ex præcepto diligendus, tum q, nulla in eigni obto apparet ratio boni, quæ malum sit, tum ẽ, q. id difficilius est, qm bt posint præcipi p ng. Reo, assumptus ẽ falsus, ut ostendunt roes, q a n Rot. haud inefficax suasiones, tm peccatum ẽ cuivis mali, seu legis ng. At 1ª spes ceo, sufficiens nos dilig. inimicus ẽ ingenuus ng, sufficiens ita nos ẽ ipsius Deus, ut ng creatorẽ. Nec desunt roes alie, ut conservatio unius, societati, ac paci ing hoes, quas indicant argumenta à nobis facta. Ad 2 satis supera pt responsio ex hisce dicis toto cap. 7. 1. disposi. Breviter dico cum Eximio D. eo. pro n. 7., servari posse p vires ng hoc præceptum aliquoties in ordine ad natis finis, minus constanter servari vix, aut numqm sine speciali aux. posint; idq̃ coe ẽ huic mali præcepto cum aliis e natig præcepti. Relege supra ng 105.

206 Probo 2ª egdẽ 23 q: privati m. odium inimicus ẽ intre malus, n secus, ac mendacium, ut ab oibus supponit: q eigni odiis nec præcipi, nec permitti posuit in lege vetere. Conq prob: lex m. vets bona, et iusta fuit, ut pote à Deo lata, et certum ẽ, et ostendit Aug. lib. 19 3º Faustum; q lex bona, et iusta nec præcipere, nec permittere pote tmqm licitum id, q intre malus ẽ: q lex vetus nec præcipere, nec permittere posuit tmqm licitum privatum odium inimicus, qd ẽ intre malus.

207 Probo deniq: q lex Evangelica n addidit præcepta moralia nova ethica, quæ pertinent ad Sacram., ut cum Ang. D. 1.2. q. 108 docent coiter Thei; q præceptum dilig. inimicos ẽ præceptum morale

proxy in Evang.ca lege contenty, et ad Sacram.tu n pertinens: q preceptu dilig. inimicos extabat in lege veteri, n solo internu inimicitiæ odiu, q interè malus, vero e externu odiu, q in illatione damni consistit, prohibentu in lege scripta fuisse, n minus, quam in Evang.co: nemini m. umquam licuit auct.te privata damnu inimico inferre, sive vindictam ab eo sumere: si m. id licitu aliq. esset, aut fuisset, licitu aliq. e esset, aut fuisset internu odiu, cuius malitia desumit ex iniustitia externi effecto voliti p ipsu internu odiu. Illatio itaq. damni inimico auct.te privata e e p.to natis actus, ut n.o 203 ostendebamus, proinde nulla lege præcipi potuit, aut p.mitti umquam licita.

208 Ostendere partis secundæ hæc sunt. 1.o, q Xptus Dnus, ut præceptu dilig. inimicos in Evang.ca lege stabiliret, ita loquutus e Matthæi 5. 43: Audistis, q dictu e: diliges proximu tuu, et odio habebis inimicu tuu. Ubi nomine proximi amicu denotari, patet ex ipsa proposit. antithesi: proximo m. opponit inimicus. Sy a dictu e denotare vult, dictu esse ab ipso Deo, seu in veteri testam.to: porro: id q satis vult suaderi, tum ex eo, q cetera, quæ in prædicto Matthæi capite Xptus Dnus enumerat umquam antiquis dicta, sy. n occides: n mœchaberis: oculu p oculo, et dente p dente: in veteri testam.to habeant: q et illud, et odio habebis inimicu tuu continet e in veteri testam.to: ty e ex eo, q si illud a Pharisæis legi additu impudenter fuisset, ob id acriter a Xpto Dno fuissent reprehensi; q m factu n legimus: q in lege veteri dictu fuit: et odio habebis inimicu tuu.

209 2.o sumitur desumitur ex illis Xpti Dni verbis. Joannis 13. 34: Mandatu novu do vobis, ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Hinc m. ita construit argutu: mandatu hoc novu e; q n e novu quoad amicoru dilectionem: q novu e quoad dilectionem inimicoru: q inimicoru dilectio præcepta n erat in lege veteri. Minor demonstrant ipsa Xpti Dni verba. Maior e patet: amicoru. m. dilectio præcepta e fuerat in lege scripta, ut liquet ex textu Levitici adducto n.o 170: Nec p novu quoad amicoru dilectionem illud Xpti Dni mandatu.

210 3.o sumitur eiciunt densa P.P.um testim.ta. Hæc possent referri

ipse innumera, obiter attingo perpauca, quasi spicas ex aequali messe. Et
imprimis clarissime est illud Aug. tom. 4. lib. 1. de Sermone Domini in mon=
te cap. 21, Nec quod in lege dictum est, oderis inimicum tuum, vox iubentis iusto ac=
cipienda est, sed permittentis infirmo. Nec minus luculenter Magnus Greg. tom. 2.
Hom. 38 in Evang. sub initio: Cum in lege, inquit, scriptum sit, Diliges ami=
cum tuum, et oderis inimicum tuum, accepta tunc iustis licentia fuerat, ut Dei
inimicos, suosque adversarios, quanta possent virtute comprimerent, etc. Et in
nova [illegible] destam. compescuit. Et Origenes tom. 5. Hom. in praedicta
Matthaei verba ita habet: Ad odiendum inimicum mandatum fuit, ut et ami=
cum non odissent; quapropter sit a vita populo illi veteri adhuc rudi, et infir=
mo. Plura qui volet, adeat Patrem Elect. disp. 153 de Char. sect. 3. sub=
sect. 1a.

211 Hic denique sensus est, quod in lege scripta praeceptum iudaeis fuerit,
ne foedus inirent, amicitiasque iungerent cum quibusdam barbaris nationibus;
sed eas potius vitarent, et ad internecionem usque persequerentur. Extat enim praeceptum
Exodi 23, et 34, Deut. 7, et 25, et 1. Reg. 15: quod inimicorum odium
aut praeceptum, aut permissum saltem erat in lege veteri. Cum porro: ea enim
omnia damna ex Dei iussu iis barbaris nationibus inferenda convenire
non possunt verum cum inimicorum dilectione.

212 Haec omnia sunt ad dilectionem [illegible]
Si. Ad hoc igitur propositionis 208 reos cum Exc. D. ex sect. 5. n. 5. malitiae
aliis Doctis, ac S. Pag. Interprete, nec ea verba, odio habebis inimicum tuum,
nec eorum sensum in lege veteri fuisse; sed id tum fuisse falsam quandam Pha=
risaeorum additionem, interpretationemque: cum enim lex expresse solum diceret Levit. 19. 18.
Diliges amicum tuum, sive proximum tuum, inde a Pharisaeis, seu Pharisaei falso
intellexerunt, odio habendum esse inimicum. Hanc Pharisaeorum interpretationem ut falsam,
absurdamque, ac sinistre illatam ex lege damnavit Christus Dominus docens expre=
sse, inimicos etiam ut proximos, esse diligendos, non novum praeceptum imponens; sed an=
tiquum explicans, verumque ac germanum illius sensum ostendens. Et hac de
causa, ut quaeres alias, cum dicit hoc praeceptum, quod inimicorum noviter expla=
natum, et expressum: amoris enim illud extaret in Lege scripta, non adeo erat
expressum, ut esse illius sensum non ambigerent: audiebant enim eius legis

periti, ac Professores, an Christi nomine inimicus esset illius, et utrumque n. 161.

Caetera, quae in eodem Matthaei cap. Christus Dominus enumerat tamquam Antiquis dicta, in Paginis Vet. Testam. [illegible], conclusioni nostrae nihil incommodat: porro cum ea inde ducit argumentum: nam cum omnino S. Scripturae ubique revolutis, nullibi inveniat, asseri absolute, odio habendos esse inimicos, merito id ex falsa Pharisaeorum interpretatione ortum duxisse, credendum est. Cum si in speciali Christus Dominus eo loco Pharisaeos non reprehendit, reprehendit in generali cum eiusdem Matthaei 15. Ut discipuli ei dicentibus: Scis, quod Pharisaei audito verbo hoc, scandalizati sunt? respondit: Sinite illos: caeci sunt, et duces caecorum. Ita dicit cum P. Granado eadem disp. 5. n. 10, non fuisse literis consignatum specialiter eorum reprehensionem, sicut et alia plura.

Divus Augustinus videtur absolute admittere, ea verba, Odies inimicum tuum, in Lege Veteri fuisse; quae tamen in libris Veteris Testam. non comparent: ideoque in ea fuit, ut nonnulli autumarent, ita referente Salmeron loco citato n. 201, fortassis ea verba scripta fuisse in aliqua translatione versionis graecae 70 Interpretum. Quidquid tamen de hoc sit, Augustinus id admittens conclusioni nostrae non adversatur: ipse namque lib. 19 contra Faustum Manichaeum cap. 24 docet expresse, Nec contrarium, quod in Antiqua Script. dictum est, Odies inimicum tuum, et in Evang. Diligite inimicos vestros: rogo reddit sibi verbis: [illegible] iniquus homo, inquantum iniquus est, odio habendus est; inquantum autem homo est, diligendus est. Haec, inquit, regula est, qua et oderimus inimicum propter id, quod in eo malum est, id est, iniquitatem: et diligamus inimicum propter id, quod in eo bonum est, id est, socialem rationalem creaturam. Paucis interiectis, concludit: Dicto igitur, et non intellecto, quod Antiquis dictum erat: Odies inimicum tuum: ferebantur homines in hominis odium, cum deberent non odisse nisi vitium. Hoc corrigit Dominus dicendo: Diligite inimicos vestros: ut qui jam dixerat: non veni legem solvere, sed adimplere: utique et odio inimici, quod scriptum est in lege non solverat, praecipiendo nobis, ut diligamus inimicos, cogeret nos intelligere, quomodo possemus unum, eundem hominem, et odisse propter culpam, et diligere propter naturam. Caeterum [illegible] en quam longe absunt ab opposita opinione Divi Augustini. Eum imitatus Angelicus D. 1a 2ae q. 107 art. 2 ad 2 ita de Christo Domino ait: Circa odium vero inimicorum removit falsum

Parisæorum illectum, nos monens, ut potius odio non haberet, quam diliga.

213 Ut fundo

porro non esse triplex solutio praecedentis num. 170 inde tibi repetenda. quorum

additionem quod ante. Ego insuper reor potius, novum appellari Christum mandatum, quod

desuetudine, et abusu fere antiquatum, singulari Christi Domini expressione,

et commendatione velutu revixit. Vel denique, appellari novum; ita tamen, ut no=

vitas non tam ad mandatum, quam ad studium, referatur, ac si diceret Christus

Dominus: Mandatum de novo do vobis. Ita in eum Joannis locum D. Mal=

donatus.

214 Ad 3um sunt porro non 210 reor, eos S. Patres nusquam asseruis=

se, interim inimicorum odium fuisse in lege scripta permissum, proinde expo=

nendos esse de odio, tum effectivo, et externo, sive de illatione damni,

facta quidem non publica, seu privata auct.; quod ipso Deo iubente: sine m.

mala non est: et hoc tum omne studium permissum fuit: id, quod in solutione

quaestionis sumi amplius explabit. Aug. quod ipse satis explicuit, adeoque

concipi verbi adducti à nobis num. 212 mentem suam prodidit, ut de ea

non sit relictus ambigendi locus. Ea explicatio adhuc, ni fallor, polivit

eodem libro 19 ita Faustum Manichaeum cap. 28 hinc verbis: itaque l.

omnia, l. paene omnia, quae monuit, sive praecepit, Christus adiungebat: ego

autem dico vobis: inveniunt et in illis veteribus libris. Ubi de ini=

mico diligendo dicitur: si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum

da illi: Prov. 25. 21. Hinc m. hoc commemoravit Apostolus ad Rom.

12. 20. Quid clarius? censuit ergo Aug., quod in eo Matthaei cap. prae=

cepit Christus Dominus de inimicis diligendis, inveniri et in libris veteris legis.

Porro quod reor, inimicorum odium ab aliquibus Patribus dici permissum in lege ve=

teri, quatenus impunitum relinquebat in hac vita: nulla m. poena in

lege huic sceleri taxabat, cum multis aliis sceleribus poena in hac

vita infligenda decerneret.

215 Ad 4um sunt porro non 211 reor, Iudaeos quidem in

lege scripta iussos fuisse, ut nationes quasdam barbaras insectarent,

debellarentque, ac penitus extinguerent, sive delerent, ut patet ex locis

veteris testamenti eo non signatis, atque ex Deut. 20. 16, Ubi ita dicitur:

B

Deliis à civitatib. quæ dabunt tibi, nullum omnino permittes vivere; sed inter-ficies in ore gladii, Hethæum scilicet, et Amorrhæum, et Chananæum, Phere-zæum, et Hevæum, et Jebusæum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus: ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipsi operati sunt Diis suis, et peccetis in Dominum Deum vestrum. Hic ergo punitio à Deo facta est in pœnam scelerum earum civitatum: Judæique tanquam ministri, et executores Divinæ iustitiæ prædictos Idololatras peremerunt. Id autem nec illum odium charitati opponit, nec præcepto dilectionis quo inimicus opponitur: modò enim est absque illa proprio charitatis præcepto, sed ex iusto abominationis odio quo scelera, aut ex amore iustitiæ potest exercitus à Rege immissus civitatem aliquam rebellem punire ac destruere: iudexque sicut homicidam capite damnat, et hostes insequitur. Prohibitio illa ineundi fœdus, amicitiasque iungendi cum ipsis barbaris na-tionibus facta est et in pœnam scelerum prædictarum nationum, et propter periculum habendi earum vitia, ne scilicet imbecillis ille populus deciperet, traheretque ad cul-tum Deorum, sive idololatriæ. Odium igitur inimicorum, de quo agimus, non fuit in lege veteri præceptum, aut permissum, nisi quod quosdam tanquam detractos inimicos, quos He-bræi perimere iussi sunt, non ex odio inimicitiæ, sed ex odio abominationis quo eorum scelera, nec autem propria, sed Divina destruxerunt, quod bene cohærere potest cum vero charitatis amore quo quoslibet inimicos.

Caput 6um

An inimicis præstare teneamur?

216 Ex dictis à num. 196 constat; dari præceptum diligendi inimicos, illudque naturalis, ac Divini iuris esse, proindeque in omni lege obligasse. Superest, ut discramus, quid vi huius præcepti teneamur Bonis inimicos efficere. Ab hac difficultate, quæ tota moralis est, et ad plurimos sæpe occurrentes casus decisione maximè necessaria, nos breviter expediemus, duobus iactis fundamentis, sive generalibus principiis ea omnia complectentibus; quibus in contenti non eximus: sed quia, ut sapientè Philosophus VI Ethicorum mo-nuit, sermones morales, quò magis ad particularia descendunt, eò sunt et magis fructuosi, et magis opportuniè rite fundandis moribus, ad varias inde legitimè deducendas morales illorum brevi est descendemus.

217

1um principium est.

Inimico, tenemur ea oia praestare, quae cuivis alij hoi, et quae ei, si inimicus n. eet. Hoc idque fusius ad varias ei postea morales resolutiones ple docte, ac solide ingrediendas jecit P. Hurt. disp. 153 de Char. sect. 4. §. 95, illudque asseruit certum esse, ac de fide. Ratio huius propos: quia inimicitia n. aufert ab inimico rationem proximi: nam: inimicus m. est in suo opposito inimicitiae est proximus noster, ut exemplo Samaritani, saucio Judaeo opitulantis exposuit Christus Dominus Luc. 10, et nos à n. 161 frequenter inculcavimus: sed ea oia, quae cuivis nostro proximo praestare tenemur, tenemur etiam inimico praestare.

218 Dico secundò: Non tenemur per se loquendo speciale aliquid inimico praestare, quod nec cuivis alii proximo, neque ei, si inimicus non esset, praestare teneamur. Docet etiam hoc idem fusius idem P. Hurt. §. 50. Et ratio est: quia inimicitia non est titulus, ob quem inimicus fiat dignus speciali nostro amore, aut speciali aliquo bono, ut per se patet: potius m. ob illum dignus fit proprio supplicio: sed quaecumque inimico à nobis debent, solo debent, quia proximus noster est: sed nihil speciale inimico debemus, quod nec cuivis alij proximo, neque ei, si inimicus non esset, debeamus. Dixi per se loquendo: nam accidens m. oriri potest major erga inimicum obligatio, v.g. ad vitandum scandalum, vel odij signum, aut quod aliquid narium indicet, ad internum odium deponendum, etc.

219 Hinc ergo primo deducitur, teneri nos ad inimicorum dilectionem, non solo negativam, quatenus velit non eos odio prosequamur; verum etiam positivam, quatenus nimirum eos diligamus actu interno, et formali virtutis charitatis. Sequitur illatio ex primo puncto: inimico m. tenemur praestare ea oia, quae cuivis alij proximo; sed quemvis alium proximum tenemur diligere actu interno, et formali virtutis charitatis, ut fusius probatum habes à n. 172: ergo inimicum etiam tenemur actu interno, et formali virtutis charitatis diligere. Si roges, an vi huius praecepti teneamur diligere actu interno, et formali quemlibet inimicum in speciali, aut aliquem, vel aliquos in particulari, aut solum in communi. respondeo, hoc puncto eodem modo esse philosophandum, ac philosophati fuimus cum Communi Doctorum de actu interno, et formali proximi dilectione n. 189: sequitur responsio ex 2o puncto: non m. tenemur speciale aliquid inimico praestare,

Q. n. teneamur Exercere conatis alijs pro.

120 Deducitur 2°, teneri nos inimicum n. excludere à beneficijs cōibus, neq à cōibus benevolentiæ signis. Ita D. Thom. 2.2. q. 25 art. 9., Eximius D. disp. 5. de Charit. sect. 5. n. 7, Azor tom. 2 instit. moralium lib. 12 disp. 3. q. 3, Reginaldus lib. 17 cap. 12 sect. 2°, Fillincius tract. 28. cap. 5. q. 7., et plures alij. Prob. : ea enim exclusio est externum odium, et signum interni; sed tenemur n. habere externum odium q. inimicum, neq dare signa interni illius odij: ergo tenemur, inimicum n. excludere à beneficijs cōibus, neq à cōibus benevolentiæ signis. Maior prob. : nam inimicum excludere, ideo q. est inimicus, est affectus vindictæ, quo nolumus inimico illud bonum, q. omnibus alijs pro volumus: est igitur ea exclusio externum odium, et signum interni. Et prob. : nam ea exclusio et inimico præbet iustæ offensionis causam, et alijs scandalum parit: prudenter enim censetur facta ob inimicitiam; ac q. tenemur ex charit. n. præbere iustæ offensionis causam proximo, et aliorum scandalum vitare: ergo tenemur ex charit. inimicum n. excludere à beneficijs cōibus, neq à cōibus benevolentiæ signis.

121 Deducitur 3°, nobis n. licere excipere inimicum ab ijs orationibus, quas in generali, seu in cōi pro omnibus fundimus. Ita Auct. et ante n. appellati, et alij, quos adducit, et imitatur Fran. Otrova 3.a de Charit. tract. 6. disp. 6. n. 5. Prob. illatio ex ante prob. : etenim eæ orationes sunt beneficium cōe; sed nobis n. licet inimicum à beneficijs cōibus, ut n. ante probatum est: ergo neq licet nobis inimicum excludere, seu excipere ab ijs orationibus, quas in generali, seu in cōi pro omnibus fundimus. Prob. insuper; q. ea exceptio est quædam species vindictæ, quæ nemini propria, seu privata auct. licet; ut enim bene ait eo sub n. 5. P. Granado, vindicta sumitur, n. solum inferendo malum; verum etiam auferendo bonum. Prob. deniq: nam iuste quereretur amicus, si in oratione pro omnibus ad Deum fusa excluderet, seu exciperet ab amico, v.g. si Pleb. Deum orans pro salute omnium horum huius civitatis, diceret: se nolle huius boni participem efficere Petrum suum amicum: ergo aliqua iniuria infertur ei, q. ab oratione cōi excipitur. Atqui nobis n. licet iniuriam aliquam inferre inimico: ergo neq licet nobis inimicum excipere

ad oratione[m] coi. Et q[uo]d in hoc saltem fuit usus huius illius, ut, Eom. D.
restante eo fuo n. 7. ait Chrysost. Hom. 71 ad populum, et Hom. 6 in
13 Ep. ad Timoth., et lib. de Compunctione cordis, illius e ea obligatio no=
bis iniecta Matthæi 5. 44: Benefacite his, q[ui] oderunt vos: et orate p[ro] per=
sequentibus, et calumniantibus vos.

222 N[on] m[inus] deficiunt, q[ui] asserent, p[er] se loq[uen]do
nullum ee peccatum excludere inimicum ab oronibus, et beneficijs coibus. Ita Suar.
disp. 98 de Charit. dub. 2, et Bonaven. de Legibus disp. 3. q. 4. puncto
3. dub. 6: quorum funta hæc sunt. 1, q[uia] Eccla in S[ancto] Missæ Sacrificio,
et in alijs publicis oronibus excludit excommunicatos, ut sic eorum delicta
puniat: p[er] qt in pœnam, seu in compensam iniuriæ sibi ab inimico irroga=
tæ poterit licite inimicum excipere ab orone coi. 2, potest licite ami=
cus excludi à orone, et beneficio coi: p[er] e inimicus. Cons. liquet: n[on].m. plus
inimico, qm amico debemus. 3, satisfactiones possumus applicare amico, et
n[on] inimico: p[er] impetrationem e oronis applicare possumus amico, et n[on] inimico.
Cons. pet à par[itate]. Ans prob: nam satisfactiones applicare possumus uni amico,
et n[on] alteri, ut p[er] se patet, et constat ex praxi piorum hom: p[er] eg e
applicare possumus amico, et n[on] inimico: inimicus m. ob inimicitias n[on] e
melioris conditionis.

223 Sed hæc nullo negotio dissolvuntur. Ad 1m reo quest=
io anti, negando cons: sicut m. in temporalibus Iudex auct. publica
occidere potest malefactorem, q[uo]d nullo modo liceat p[er]sonæ privatæ: ita in
spiritualibus Eccla tanquam iudiciariæ potestate licite, et iuste privat
excommunicatos coibus oronibus, eos ab illis excipiens, ut sic eorum de=
licta puniat; si tn ea exclusio fiat à p[er]sona, et auct. privata,
illicita erit, et iniusta. Ad 2m constat ex n. 221, negandum ee ans:
eo m. ipso, q[uo]d oratio sit cois, et beneficium e coe sit, neq ab orone,
neq à beneficio excludere possumus tm amicum, qm inimicum absq culpa
aliqua, seu gravi, seu levi p[ro] materiæ gravitate, aut levitate.
3m fundum nihili oio e: eodem m. modo de satisfactione philosophandum e,
atq de oronis impetratione. Si p[er] satisfactio toti alicui communitati applis=
cet, cuius pars e inimicus, hunc nequit ab illa excipi, eius satisfactio

in eo in sit roe beneficij, à quo inimicus excludere n licet. Si a satisfao alicui, aut aliqs parrochialis applicet, licite posse inimicos n applicari: sicut possunt e in parochiali orare pro vno, quam pro alio orem̃: in eo m. cir et satisfao, et orao sunt parrochialia beneficia, à q̃b augeti, tam amicus, quam inimicus, excipere possunt.

224 Alij cum Pra de Charl. disp. 39 sect. 2.a distinguunt benefa debita, et benefa oio gratuita, ac liberalia: quâ facta distinctione, docent, excludi n posse inimicus à beneficijs debitis, seu â beneficijs, quæ pro nos, quà tali debent; posse tn excludi à beneficijs oio gratuitis, ac liberalib. Horum rao e: id m., q oib negari potest, potest e inimicus negari; d beneficium oio gratuitum, ac liberale potest oib negari: q potest e negari inimico. Maior certa est, nec minus certa minor: nam aliog beneficium illud n eet gratuitum, ac liberale; d debitum.

225 Verum hæc n sunt tanti, vt nos dimovere debeant de sa propria, coioriq, et quam plg quam probabilg ob suos Aes. orat Pr d Hurt. eâ disp. 153. s. 3. Itaq cum Ang. D. relig. q Ab. 69 n 220 allegatis abte affirmamus, illicitum ee inimicum excludere à beneficijs coib, sive ea benefa debita sint, sive liberalia. Et probr evert. adversariorum fundm ex dra Preceptoris Angici 2.a 2.æ q. 83. art. 3 asserentis, interdum abte n teneri nos ad aliqd faciendum; q tn si faciamus, tenemur debito orde, ac mo facere. Sic Sacerdos, quamvis n teneat singulis diebus celebrare, si celebret, tenet orde debito, ac d. Eccle ritum celebrare. Sic e signa n tenearis orare; si tn ores, tenearis attente orare. Silr, quamvis n teneari amicum ad prandium invitare; si tn invites, des d dignis suis convenientem ei locum exhibere. Silium exemplorum copia abundamus; d in re adeo trita n e prodigenda opera. Quamvis igr abte n teneamur beneficium aliqd facere alicui communitati; ex suppoe tn, q illud faciamus, tenemur neq amicum, neq inimicum, q pars eius comm. sit, ab eo excludere: beneficium m. oio liberale potest licite n fieri; si tn fiat, fieri debet eius orde, ac circumstantijs debitis.

226 Deducitur V, q de loqui

n teneri nos alloq, aut salutare inimicum occurrentem, aut ei caput aperire, aliave illa benevolentiæ signa ei exhibere, quia hæc, et illa sunt particularia, seu specialia beneficia, aut singularia signa benevolentiæ aliis e amicis, aut non inimicis, non debita: id, quod satis per se patet, et constat ex dictis; teneri vero nos ad ea, et illa benevolentiæ signa inimico exhibenda, quæ ea sunt beneficia communia, seu generalia benevolentiæ signa aut omnibus debita, aut debita saltem personis eius status, conditionis, aut dignitatis, cuius est inimicus noster. Hinc est, quod si inimicus noster sit Pater, aut Dominus, aut Prælatus, aut magnæ dignitatis persona, quem omnes personæ eius status, aut conditionis salutare solent, seu salutem præmittere, tenebimur nos benevolentiæ signum non præmittere: illud enim in iis casibus censetur beneficium commune, eiusque denegatio est odii signum externum, et signum internum, scandalumque ex se generat, et odium in alio. Q

227 Deducitur,

si inimicus nos salutet, per se loquendo teneri nos illum resalutare. Ratio eadem est; quia id est censetur beneficium commune, seu commune signum benevolentiæ, eiusque denegatio moraliter, imo ex natura rei, ut ait Ex. D. eodem sect. 5. B2 n° 8°, est signum odii, atque adeo de se scandalum parit, atque odium in alio. Obiicit tamen aliquis: non omnes me salutantes teneor ex charitate resalutare: ergo non teneor ex charitate resalutare inimicum me salutantem. Respondeo cum eodem Ex. D. ibidem, te esse ad id teneri ex urbanitate quadam; generaliter si omittas quod alium, solum erit veniale, cum non sit gravis ipsius charitatis. Per se tamen loquendo ea omissio quoad inimicum, cum sit odii significativa, et ex se pariens scandalum, atque odium in alio, ex genere suo gravis peccatum est, quamvis hic et nunc sæpissime veniale tantum sit, pensatis, atque circumstantiis inspectis omnibus.

228 Excusaberis

a ab hac obligatione aliquando, si volt inimicus te salutans sit filius, aut servus, quem propter culpam aliquam puniri oporteat, denegato per tempus aliquod eo benevolentiæ signo. Sic 2. Reg. 14. 24. David fuit dilectus denegans filio suo Absalon, eo quod fratrem suum Amnon interfecisset. Dixit enim Rex: revertatur in domum suam, et faciem meam non videat.

Reversus ē itaq. Absalon in domū suā, et faciē Regis n̄ vidit. Et v. 28.
Mansitq. Absalon in Hier. duobus annis, et faciē Regis n̄ vidit.
In cęteris tn̄ signis denegandis in pœna oportet limitē ēē, quo ex=
cluso, vindicta potius erit, quā correptio, scandalūq. pariet, et odiū
in filio, aut servo. Sic ideo David placatus tandem fuit: Vocatusq. ē
Absalon (ibidem v. 33) et intravit ad Regem, et adoravit sup. faciem terrę
coram eo: osculatusq. ē Rex Absalon. Unde optimè colligit Emmanuel
Rodriguez tom. 1 summę cap. 47 conclus. 7, absolvendum n̄ ēē
patrem, q. ad multos annos, aut in perpetuum filio colloquium dene=
gat, etiamsi n̄ incidit in magnam aliquam calam., aut in eventum
aliquem felicissimum. Videndus ē Corduba lib. 1. q. 27. § tertium punctum,
et sequenti.

229 Deducitur 6.°, te n̄ teneri cū inimico familiariter
conversari, etsi ante inimicitiam cū eo familiarissimè conversateris.
Præterea, si ante inimicitiam nec salutabas, nec alloquebaris inimicum, sese
loq. n̄ teneris post inimicitiam: neque benevolentię signa ei exhibere. Vaugi
ratio ea ē, quam sæpe inculcavimus: q. volt ea sint beneficia particularia, quæ
n̄ debent alicui, atq. adeò nec inimico, q. ob inimicitiam nec melioris
ē conditionis, nec benevolentia nra magis dignus. Si tn̄ inde scandalum oriatur
inimicus, aut alij existiment, ea benevolentię signa ex odio denegari,
abolenda ē quod volt potius modo, ē cū iniram, si eo fuerit opus huiusmodi
existimas.

Caput 7.um

Quomodo teneamur iniuriam remittere inimico veniam petenti.

Præmittendum ē, inimicum teneri, veniam ab offenso petere
1. per se, 2. per alium, ex illud Christi Domini Matthæi 5.° 23: Si ergo offers
munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet
aliquid adversum te; relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius
reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum. Qui ergo
alterum offendit, tenetur ei reconciliari, veniamq. ab eo petere. Quod si
ei n̄ pateat commodus, et securus ad offensum aditus, seu accessus, tunc erit

reconciliatio, ejusque comparatio ad petendam abeo veniam .1. per se, .1. per alium, quo cumque invitat occasio. Si à utroque alterum mutuò offendit, per se loquendo, qui prius offendit, teneri videtur, alterum adire, et docent Author quidam ultimò, et Bonacina dub. 5; nisi forte qui prius offendit, gravioris ab alio acceperit injuriæ: tunc enim qui graviorem injuriam intulit alteri, ei videtur teneri prius satisfacere.

